



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

II. Ecquod sit optimum Regimen?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Christiani non luculentè stylo, ferro, voce, vitâque steterit ac fortunis.

Q V A E S T I O II.

Ecquod sit optimum Regimen?

CALVINVS hic obstinate pugnat; ut omnes omnino vias obstruat Ecclesiastice Monarchiae. Sic ille Instit. lib. 4 c. 6 §. 9. *Sit sanè, ve volunt, bonum & utile, orbem totum Monarchia contineri; quod est tamen a surdissumus. Nunquam concedam id ipsum in Ecclesiagius' ernalatione valere.* Quid ergo valere voleret? Ibid. c. 20. §. 8. *Minime negaverim vel Aristocratiā, vel temperatūm ex ipsa & Politia statum ab aliis longe excellere. Causa. 1. Id cum experimento ipso semper fuit comprobatum: 2. Tum sua quoque Authoritate Dominus confirmauit, cum Aristocratiā, Politia vicinam, apud Israëlitas instituit.* Hec basis Calvinianae regiminis. Vnde Instit. lib. 4. c. 11. §. 6. Omne Ecclesiasticam Pot. Itē tribuit cœtui Seniorum. Et cap. 20. §. 8. Laudat eas ciuitates, quæ excuso iugo Principum, à Senatu Populoque reguntur.

AUTOR. I. Simplicium trium formarum regiminis Monarchia primas obtinet. 1. Sic Hebrei, Græci, Latinique Scriptores: sic Philosophi, Oratores, Historici, Poëti. 2. Diuinaque fauet Autoritas. 1. In humano genere Deus Regnum, non Democratiam instituit, teste Chrys. hom. 24. &c. Hinc unus est Paterfamilias Rex, &c. 2. Animalia unum sequuntur ducem. 3. Deus Israëlem subiecit Monarchiæ Patriarcharum, Ducum, Regum, Iudicium. 4. Quia optimum regimen optimis pollet conditionibus: talis Monarchia: ergo.

CONDITIONES autem sunt: 1. Ordo in Monarchia optimus est; quo omnes ordinate subiiciuntur, uno Präsi-

de excepto. 2. Pax facilius in Monarchia tenetur. Perisset Rom. Imperium, nî Augustus Monarchiam reduxisset. 3. Constantia imperii Monarchici firmissima est, cum simplex & vnum sit. Omne enim regnum in se diuisum, desolabitur. Matt. 12. Ierem. 12. Pastores multi demoliti. &c. 4. Potentia Monarchiæ certior est. Hinc Perlarum, Græcorum, Assyriorum imperia creuerunt; Romanorum, exadi Regibus, stare nequivit. 5. Facilitas gubernandi. Nam unus bonus facilius inuenitur Rex, quam multi: & permanentes in officio, plus capit experientia. Licianus.

Nulla fides regni sociis, omnisque potissima Impatiens consortis erit. Vide meum Attic. bristump. 2. q. 1.

II. Mixtum regimen è tribus simplicibus est optimum, tenente potiores Monarchia. 1. Quia illud omnis boni regiminis bona habet omnia: Estque gratius; quia virtutis in eo, non generis ratio dicitur. Est & utilius: quia unus non omnes regere prouincias valet. 2. Quia Veteris & Novi Testamenti Ecclesia sic regitur. Exod. 18. *Elecis viris strenuis, constitutis Principes. &c.* Item Matt. 16. 10. 2. Actor. 20.

III. At seclusis circumstantiis, Monarchia simpliciter excellit. 1. Quia Deus haec forma regit mundum. 2. Ita consensu S. Patrum est concors.

INSTANT CALVINVS. I. Instit. 1. 4. c. 6 §. 8. Non ideo laudatur Monarchia, quasi unus debeat totum orbem regnare, sed indicare voluit, regnum duos non copi. 2. An ex toto orbis constituunt Apes, qui Regem vnum elegant? Suis alueariis contentae sunt. Ita quoq; in gruibus, quæque caterna pro-



proprium regem habet. Quid inde euident aliquid, quam singulis Ecclesiis debere suos Episcopos attribui? 3. Instit. 4. c. 2. §. 6. Si ipsos statum, citra circumstantias inter se compares, non facile est discernere, quis utilitate praeponderet: adē aquis conditionibus contendunt. Infra: Evidem, si in se considerentur forme illæ tres, Aristocratiam aliis antecellere minime negarim.

DICO AD I. Si regnum capitur pro Vnius summa potestate, vt propriè est; sic non capit duos: Si regnum sumatur pro multitudine, quæ regitur; tunc Monarchia præstat Politia & Aristocratiæ: quia multi non bene reguntur à multis. Si regnum capiatur pro provincia; tunc bene regitur ab uno. At Vlysses loquitur de exercitu ad Trojam, qui è pluribus nationibus constabat; illi regundo Monarchiâ opus esse sentit. Calvinus verò nec in vna ciuitate utile esse Monarchiam putat, cap. 11. §. 6. sed regendam esse cœtu Seniorum: Laudatque, cap. 20. §. 8. ciuitates, quæ iugo Principum excusso reguntur à Senatu.

AD II. Sicut Ecclesia est vnu Oule, Ioan. 10. ita & vnum alueare. &c. Quies autem, apes & grues non possunt communicare cum procul absentibus; fideles possunt. Deinde; si singulis Ecclesiis sui debent Episcopi attribui, vt vult Calvinus; cur ipse potestatem Ecclesiasticam at tribuit Seniorum cœtui?

AD III. At istis ipse contraria sibi dicit, cum ibidem subiunxit, (quæ tamē in editione anni 1554. omisit) Non id quidem per se, scilicet Aristocracia excellit; sed quia rarissime Reges sibi moderantur, ut a recto non discrepent. It, Facit hominum virtutem, ut tutius siplures tenere gubernacib-

la. Si hoc; quomodo igitur, non est facile discernere, quis status veilior sit? Et quod Aristocracia excellat?

Q V A E S T I O N E.

Regimen Ecclesiasticum an eße debeat Monarchicum?

V THERANI, vt Magdeburgenses & Matth. Illyricus Cent. 1. lib. 2. c. 3. Regimen Eccl. volunt esse Democraticum oportere. 2. BRENTIVS & alii Lutherani, Aristocraticum.

3. CALVINVS Instit. 1. 4. c. 11. §. 6. Cœtum vult Seniorum, preside Episcopo uno: vt Consul præsider Senatui. Sic & Huls in Conc. Const. sess. 15. art. 27.

A V T O R. I. Citra controuersiam nobis dantista Lutherano-calvinista: 1. Aliquod esse Regimen Ecclesiasticum: Cum Ecclesia sit. Cant. 4. vi Castrorum acies ordinata. Et Deus, Act. 20. posuit Episcopos regere Ecclesiam. 2. Idem à Politico diuersum esse. Nā, 1. Tim. 2. Qui bene præsunt, duplice honore digni sunt.

3. Regem Ecclesie absolutum esse Christum: Psal. 2. Ego constitutus sum Rex ab eo. &c. cuius regni non est finis. Ab hoc uno omnes alii dicunt, 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, sicut MINISTROS Christi Dispensatores; scilicet. visibles sub Inuisibili Capite Christo.

4. C H R I S T U M esse Monarcham Ecclesiæ, seu Caput. Eph. 1. Omnia subiecit sub pedibus eius: Et ipsum dedit Caput super omnem Ecclesiam; quæ est Corpus eius. Eph. 4. v. 15. Eph. 5. v. 23. Col. 1. v. 18. In hoc tamen aliqui dissentient ab Orthodoxis.

M A R C V S A N T O N I V S Apostata & Calvinista nouus talia fixit. 1. Christum esse Caput cœpisse post Passionem: 2. Et Inuisibile esse. 3. Acololum: 4. Spiritum

T 2 5. 170

